



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Arius a, um.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

simplicitus, p simpliciter. Sescuplex, id est uno minus q̄ duplex, ait Regius in Fabium.

Arius a, um.

In arius a. um. sic eunt unarius, binarius, ternarius, quaternarius, senarius, septenarius, octonari⁹, nouenarius, denarius, undenari⁹ &c. uicenarius, trigenarius, uel tricenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius, septuagenarius, octogenarius, nonagenarius, centenarius, ducētenarius &c. millenarius, hęc significāt numerū aliarum rerū quę non numerātur, ueluti lapis centenarius, id est cētū librarū, sic in alijs mensuratis, homo quadragenarius, i. quadraginta annorū, sic in similibus. Grex centenarius, id est centū capitū, sic in similibus. Centenariū numerū annorū, quia numerus omnia cōpletur, non dices millenariū annū, nec millenaria pondo &c.

Distributiuus.

Distributiuus numerus qui etiā dicitur diuiduus, est qui pluribus alijs quid diuidit, ut dedi discipulis bina poma, id est cuiq; discipuloꝝ dedi duo, diuidua etiā dicuntur partitiua, ut quisq; aliq; &c. Numeri ergo distributiuī sic eunt, singuli lę, la, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, deniterni, deniquaterni &c. uiceni, triceni, q̄drageni, q̄nq̄geni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, cēteni, ducēteni, trecēteni, q̄dringēteni, q̄ngēteni, sexcēteni, septingeni, octingeni, nōgeni, milleni. Hi nūeri in ppria significatiōe distribuūt, & p signa uniuersalia declarāt, ut singuli cuiq; unū bini cuiq; duo &c. ut ad Ioānē & Petrū dedi ternas eplās, i. ad utrūq; tres. poetę abutuntur his pro cardinalibus, & alijs quoq; sed rarius. Virgi. Gurgite septeno rapidus mare sūmouet amnis, i. septē gurgitibus. Idem. Per duodena regit mūdi sol aureus astra, i. p duodecim astra. Pli. Septuageno coitu dixit p septuaginta coitibus, & patet ex dictis habere aliquādo singularē numerū, quod tamē raro fit, & oīno improprie, ut docuit Martia. Capella, quę sequūtur Nebrissen. & Lancilot. Ego ut plures alijs, in carmine sepe posui casus ternus, p tertius casus. De ppria significatiōe, ut creabantur olim bini consules, i. singulis annis duo. Est tamē ubi, p cardinalibus capiunt sine uitio in genere quouis orōnis, ut si substantiua quibus adduntur, numero singulari careāt, quibus numerus cardinalis addi nō pōt & pluraliter illis etiā addit vni, vnæ, vna, ut vnę, binæ, ternę &c. nuptiæ scalæ, scopæ, litteræ, pro epistola. Cato tñ dixit duas scalas, quia scala singulariter plærūq; legitur, sed pro mobili, littera pro epistola poetiū est. Ouid. Quā legis a rapta Briseide littera venit, codicilli aus